

Nos, Matthias secundus¹, Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Ramae², Serviae, Gallitiae, Lodomeriae³, Cumaniae⁴ Bulgariaeque⁵ etc. rex, designatus in regem Bohemiae, archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae etc., marchio Moraviae, comes Habsburgi et Tyrolis etc. Ad perpetuam rei memoriam. Deus optimus maximus, auctor et conservator ordinis in rerum natura, universum genus humanum vario multiplicique graduum et ordinum discrimine distinguens, hoc praecipue regibus proprium ac peculiare munus esse voluit, ut subditorum vitae commodis atque ornamentis assidua cura perennique studio invigilarent, ut omnes conatus omnemque auctoritatem ac potentiam ad illorum dignitatem, qui cum generis claritate aliis praestant, tum virtute ac meritis in rempublicam se celebriores regiaque gratia ac beneficentia digniores reddunt augendam illustrandam converterent. Cum nihil scilicet oportunius, convenientius magisque necessarium ad retinendam regnorum eorumque amplitudinem eiusque dignitatem gloriose propagandam constitui posse videatur, quam quoties in illos quibus provinciarum habenae moderamina atque gubernacula committuntur et ex eis in quamplurimos et quidem de Regia Maiestate ac Republica Christiana praeclare meritos liberalitatis et munificentiae suae partes exercent; quorum verae virtutis sectatores et clarissimorum facinorum aemulos intuentur, hos sublimioribus honorum dignitatumque titulis claros et insignes efficiant. Quae nos quidem animo saepius revolventes, maiorum nostrorum divinorum imperatorum et serenissimorum regum preclarum morem vetusque institutum secuti, quo nihil prius nec antiquius habemus, quam quos eximiis animi dotibus spectataque vita morumque integritate atque preclarissimis pulcherrimarum virtutum ornamentis praeditos et decoratos esse dignoscimus illos nimirum (ne virtus debito suo fraudetur praemio) ad eminentioris fastigiis culmen evehere quandoquidem eo latius nominis nostri splendorem diffundere videbimur, quo ad plures hoc ipso decore dignissimos nostrae munificentiae largitas dimanaverit. Nam tanto uberibus regiae liberalitatis fulgor eluxerit quanto eius insignia latius longiusque extendentur. Haec quippe remunerandi ratio regium decus magis magisque ad externos propagat et subditos ad res egregias prompte et alacriter obeundas, his quasi praemiis propositis acrius vehementiusque inflammat. Quapropter considerantes illustris Caroli, quem sua Sacra Caesarea Maiestas, frater noster charissimus, iam ante vigore privilegii sibi concessi titulo principis et gubernatoris domus

¹ Matthias (1557–1619) war Kaiser des Heiligen Römischen Reichs ab 1612. Zum König von Ungarn war er erst 1608 gekrönt worden, nachdem er sich im so genannten Bruderzwist im Hause Habsburg gegen Kaiser Rudolf II. (1552–1612) durchgesetzt hatte, der ihm damals die Regierung in Ungarn, Mähren und den beiden österreichischen Erzherzogtümer überließ. Die Regierung in Böhmen wurde ihm damals in Aussicht gestellt, tatsächlich gewählt wurde er in diesem Reich erst 1611. Da Matthias also „nur“ König von Ungarn war, steht in der vorliegenden Urkunde bei seinem Namen auch die Ordnungszahl zwei, denn der erste ungarische König dieses Namens, Matthias Corvinus (1443–1490), hatte im 15. Jahrhundert regiert. Bei dem vorliegenden Dokument handelt es sich um die Erhebung von Karl von Liechtenstein in den Fürstenstand all jener Länder, die Matthias II. zum damaligen Zeitpunkt regierte, nicht aber, wie oftmals in der Literatur behauptet, um eine Erhebung in den Reichsfürstenstand. Ein solches Dokument konnte nur der Kaiser oder der Römische König ausstellen.

² Fluss in Bosnien. Mit dem Titel König von Rama – ein Reich, das nie existierte – untermauerten und legitimierten die ungarischen Könige ihre Ansprüche auf Bosnien.

³ Den Titel eines Königs von Galizien und Lodomerien – heute Südostpolen und Westukraine – führten die Könige von Ungarn seit dem 13. Jahrhundert, als das Territorium kurzzeitig unter ungarischer Oberhoheit stand.

⁴ Die Kumanen waren ein Turkvolk, das zeitweise im heutigen Rumänien und Bulgarien siedelte und kurzfristiger unter ungarische Oberhoheit geriet. Daher führten die ungarischen Könige auch diesen Titel.

⁵ Der Titel eines Königs von Bulgarien war ein weiterer ungarischer Anspruchstitel, der mit einer kurzfristigen ungarischen Oberhoheit im Spätmittelalter begründet wurde.

Liechtensteinianae donavit, genus quod ab illustrissimis principibus se ducere non obscure constat et nobilitatem tanta antiquitate sancitam a patria summa praeceminentia plebescito honoratam insignia denique facinora laudatissimorum suorum antecessorum, qui cum praecipue Rudolpho primo tum usque ad haec tempora nostra non interrupta serie primaria pacis et belli officia exercendo praestiterunt. Praecipue vero benigno animo perpendentes, quae ipsem et Carolus de Liechtenstein praedictae Caesareae Maiestatis fratri nostro charissimo inclitae domui Austriacae et singulariter nobis in summis aulae curiae regnorum et exercituum praefecturis tam integra fidelitate indefesso labore, summa prudentia et fortitudine feliciter gesserit. Adeo ut in his iisque omnibus, quae ad nostram regnorum, provinciam et ditionum salutem, dignitatem, emolumentum atque amplitudinem divinique cultus ac fidei promotionem spectant, tam pacis quam belli temporibus cum optimo quoque conferri possit. Censuimus ad regiae dignitatis, quam divinae maiestatis beneficio obtinemus curas, etiam hoc pertinere, ut dictum Carolum clementissimo animo complecteremur illique his quoque in rebus, quae ad ipsum splendidiorem et illustriorem reddendum seu exhibendum spectare viderentur nullo modo deessemus verum potius illud omni sedulitate atque diligentia benignissime procuraremus. Re itaque cum illustribus, spectabilibus et magnificis lectissimis consiliariis nostris, quorum erga Deum pietatem et erga nos fidem et observantiam singularem iam pridem cognitam et prospectam habemus communicata et hoc consilio non solum omnium ipsorum suffragiis valde comprobato, verum etiam summe collaudato, quod faeliae et faustum sit, illudque Deus omnipotens fortunare pro sua immensa bonitate dignetur, motu Maiestatis nostrae proprio animo deliberato, et non impervido de nostra certa scientia et de plenaria regia nostra potestate praedictum Carolum ad ducum vel principum ordinem, gradum, fastigium de novo clementer evehimus et illustramus ac ducalis vel principis nomine, dignitate, tituli dignamur et decoramus. Et per praesentes nostra regia autoritate gratiose et clementer insignimus nec non aliorum principum nostrorum numero et consortio benigniter aggregamus. Decernentes praesenti nostro regio edicto firmissimo et irrevocabili, ut non modo hoc praesenti, sed futuris etiam temporibus praedictus Carolus princeps et ad quemcunque iuxta tenorem pacti gentilicii super inde constituti et a Sacra Caesarea Maiestate approbati ius primogeniturae et gubernatio domus de Liechtenstein pertinebit (quod sane habita ratione ipsius Caroli per clarissimorum meritorum in illius gratiam et sufficientissimam nostrae singularis erga eum voluntatis extaret apud posteros testimonium concedimus) ab universis et singulis cuiuscunque conditionis, praeceminentiae, status, gradus et dignitatis, etiam regalis, ducalis aut pontificalis existant, pro veris illustribus principibus habeantur, teneantur, dicantur et honorentur, prout nos eos principes nostros dicimus, appellamus, nominamus, recognoscimus et honoramus, dicturi, appellaturi, nominaturi, recognituri et honoraturi cum successoribus nostris omni tempore sumus. Volentes et statuantes eadem autoritate nostra et potestate praefata, ut omnibus et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, iuribus, consuetudinibus, honoribus, dignitatibus, praeceminentiis, titulis, praedicatis, ornamentis, fastigiis, praerogativis, auctuariis, exemptionibus, gratiis et favoribus uti, frui, gaudere et possint et potiri valeant et debeant, quibus caeteri nostri principes tam ecclesiastici quam seculares in omnibus regnis et provinciis ac ditionibus nostris quas nunc possidemus vel successu temporis divina favente clementia possidebimus, constituti de iure vel etiam consuetudine gaudent, utuntur et fructuntur. Dummodo nobis et successoribus nostris imposterum quoque debitam obedientiam, reverentiam, fidelitatem et observantiam in omnibus praestent non obstantibus aliis quorumcunque consuetudinibus et ordinationibus, statutis, privilegiis praesentibus et futuris quae

quomodocunque contra huiusmodi illustrationem et evectionem facere possint, quibus per praesentes expresse derogamus et derogatum esse pro nobis et successoribus nostris volumus. Nulli ergo omnino hominum cuiuscunque fuerit gradus, conditionis et status liceat hanc nostrae creationis, evectionis, renovationis, restitutionis, concessionis, decreti, voluntatis et gratiae paginam ausu temerario infringere aut ei in toto sive aliqua eius parte contravenire. Si quis vero ex nobis subiectis id attentare praesumpserit, nostram haeredum et succesorum nostrorum noverit se iram et indignationem incursum. In quorum fidem et testimonium hasce literas fieri ac sigilli nostri regii appensione muniri iussimus. Datae in civitate nostra Vienna, in vigilia divi Thomae apostoli, qui fuit dies vigesimus mensis Decembris. Anno Domini millesimo sexingentesimo octavo, regni nostri Hungariae etc. anno primo.

Matthias m. p.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis
proprium
G. Schröltz m. p.

W. A. Krenberg m. p.

Übersetzung

Wir, Matthias II., von Gottes Gnaden König von Ungarn, Dalmatien, Kroatien, Slawonien, Rama, Serbien, Galizien, Lodomerien, Kumanien und Bulgarien etc., designiert im Königreich Böhmen, Erzherzog von Österreich, Herzog von Burgund, von der Steiermark, von Kärnten, Krain und Württemberg etc., Markgraf von Mähren, Graf von Habsburg und Tirol etc. Zur immerwährenden Erinnerung. Gott, der beste und größte Schöpfer und Bewahrer der Weltordnung, der beim gesamten Menschengeschlecht dessen vielfältigen Gliederungen und unterschiedlichen Positionen unterscheidet, will, dass besonders die Könige es als ihre Aufgabe betrachten, für das angenehme Leben der Untertanen und für deren Auszeichnungen fleissige Sorgfalt zu tragen, damit all jenen, die sich durch ihre Tugenden und Verdienste und den Glanz ihres Geschlechts gegenüber anderen auszeichnen, in der Öffentlichkeit gezeigt wird, dass die königliche Dankbarkeit und Gnade sich vermehrt. Daher ist nichts opportuner, passender und notwendiger zur Erhaltung ihrer Königreiche und deren Vermehrung und glorreichen Würde, dass es gesehen werden kann, wenn jemandem in ihren Ländern die kontrollierenden Zügel und Regierungen anvertraut wurden und diese dies zum Wohle der königlichen Majestät und der Christenheit ausgeübt haben, dass deren wahre Verdienste von allen gesehen werden können und dass diesen höhere Ehren und würdevollere Titel zuzustehen haben. Da wir es nun immer öfter in unserer Gesinnung haben, den vortrefflichen Gebräuchen und uralten Einrichtungen unserer göttlichen kaiserlichen Vorfahren und huldvollen Könige nachzufolgen, weil wir davor ohnedies keine älteren Beispiele haben, als diese mit ausgezeichneten Talenten und einem hervorragenden Leben und tadellosen Sitten und vorzüglichsten schönsten Tugenden gezierten und geschmückten [Vorfahren], und wir uns von diesen nicht unterscheiden wollen (damit nicht der Preis ihrer Tugend verloren geht), sondern diese noch übertreffen wollen, und sich der Glanz unseres Namens verbreiten möge, damit für alle die Zierde unserer Grosszügigkeit verbreitet wird. Denn umso mehr der Glanz der edlen königlichen Gesinnung leuchtet, desto länger und weiter breiten sich deren Würden aus. Somit wird die Vernunft der königlichen Würde mehr und mehr den Fremden vorgeführt und die Untertanen verehren die hervorragenden Angelegenheiten mehr und bedingungsloser, sodass die vorgeschlagene Auszeichnung mehr und stärker leuchtet. In Anbetracht all dessen wurde dem durchlauchten Karl von ihrer kaiserlichen Majestät, unserem teuersten Bruder⁶, schon vor Inkrafttreten des [gegenwärtigen] Privilegs der Titel eines Fürsten und Gouverneurs des Hauses Liechtenstein gewährt, eines Geschlechts, das sich ohne Zweifel von hervorragenden Fürsten herleitet und dessen Adel sowohl durch das Alter geheiligt ist als auch durch die Verdienste um das Vaterland und die Taten seiner Vorfahren, die seit den Zeiten von Rudolf I.⁷ bis zu unseren gegenwärtigen Zeiten ohne Unterbrechung in Friedens- und Kriegszeiten gedient haben. Besonders muss aber hervorgehoben werden, dass Karl von Liechtenstein der vorher erwähnten kaiserlichen Majestät, unserem allertuersten Bruder, dem Haus Österreich und besonders uns in allen Angelegenheiten der Königreiche mit dem Befehl der Heere so untadelige treu gedient hat mit unermüdlicher Arbeit, mit der Gesamtheit des Wissens und durch die Tapferkeit. Daher kann er mit allen verglichen werden, die zu unseren Königreichen, Provinzen und Machtbereichen gehören, die geistliche und weltliche Würden und Stellungen innehaben, sowohl zu Friedens- als auch zu Kriegszeiten. Wir berufen uns auf unsere

⁶ Kaiser Rudolf II.

⁷ König Rudolf I. von Habsburg (1218–1291).

königliche Würde, die wir aufgrund der Gnade der göttlichen Majestät innehaben, wenn wir den erwähnten Karl in unsere allernädigsten Überlegungen einbeziehen und jene Dinge, die bei demselben glänzender oder heller zu leuchten pflegen, auf keine Weise geringschätzen wollen, sondern uns mit aller Emsigkeit und Sorgfalt freundlichst darum kümmern wollen. Wir haben die Angelegenheit mit unseren illustren, ehrenwerten und viel belesenen Räten besprochen, die sowohl gottesfürchtig als auch uns treu und einzigartig ergeben sind, und haben die Sache in Beratung genommen, und dieses Ratsgremium hat nicht nur alles in Abstimmungen angenommen, sondern auch allerhöchst gelobt, was glücklich und gesegnet sei, und der allmächtige Gott möge das mit seiner unermesslichen Gnade segnen, und wir haben aufgrund unserer eigenen majestätischen Entscheidung das beschlossen, und nicht unbeeinflusst von unserem sicheren Wissen und mit unserer vollen königlichen Macht, und wir erheben und erhöhen daher neuerlich den vorgenannten Karl in den Stand, Grad und die Würde eines Herzogs oder Fürsten und gewähren und zeichnen ihn aus mit dieser Würde und dem Titel. Und aufgrund unserer königlichen Autorität führen wir ihn gnädig ein und nehmen ihn auf in die Zahl und das Konsortium unserer anderen Fürsten. Dieses unser beschlossene königliches Edikt ist am allerfestesten und unwiderruflich, und zwar nicht nur für die Gegenwart, sondern auch für künftige Zeiten für den vorgenannten Karl und für wen auch immer, der aufgrund der Familienverträge – auf dessen Basis aufgerichtet und von der kaiserlichen Majestät approbiert –, das Primogeniturrecht und das Recht zur Herrschaft im Hause Liechtenstein innehat (dem wir fürwahr zustimmen, damit Karl selbst nach den eindeutigen Verdiensten in dieser Angelegenheit bestimmen kann) in allen generellen und speziellen Umständen, im Vorrang, in der Position, im Grad und in der Würde, mögen sie nun königlicher, herzoglicher oder päpstlicher Art sein, wie sie tatsächlich von den trefflichen Fürsten innegehabt, gehalten, nachgesagt und geehrt werden, was wir diesen unseren Fürsten befehlen, sagen, ernennen, anerkennen und ehren, was befohlen, gesagt, ernannt, anerkannt und geehrt sein soll von unseren Nachfolgern zu allen Zeiten. Aufgrund unserer Autorität und der vorerwähnten Macht wollen wir und setzen fest, dass sie alles und jedes an Privilegien, Gnadenerweisen, Leistungsbefreiungen, Freiheiten, Rechten, Gewohnheiten, Ehren, Würden, Vorrängen, Titeln, Prädikaten, Ausstattungen, hohen Stellungen, Vorrechten, Ausnahmeregelungen, Gnadenerweisen und Gefälligkeiten nutzen, geniessen und sich daran erfreuen können und sich derer bedienen und sie nutzen können, wie diese die anderen Fürsten – seien sie nun geistliche oder weltliche, in allen unseren Königreichen und Provinzen oder Distrikten, die wir nun besitzen oder in künftigen Zeiten aufgrund der göttlichen Gnade besitzen werden, aufgrund rechtlicher Satzungen oder der Gewohnheit – geniessen, nützen und ausüben. Wenn sie nun uns und unseren Nachfolgern die schuldigen Dienste, Ehrfurcht, Treue und Observanz in allem leisten, obwohl dem irgendwelche andere Gebräuche und Ordnungen entgegenstehen, gegenwärtige und zukünftige Privilegien, die irgendjemand dagegen ins Treffen führen könnte, so widerrufen wir diese jetzt und wir wollen, dass diese widerrufen seien für uns und unsere Nachfolger. Keinem einzigen Menschen, welche Stellung der nun immer haben möge, welche Beschaffenheit und welchen Status, sei es erlaubt, gegen diese unsere Kreation, Erhebung, Erneuerung, Restitution, Konzession, Dekret, Willenserklärung und Gnade einen Einspruch zu wagen oder das im Ganzen oder in irgend einem Teil zu beeinspruchen. Wenn aber irgendjemand unserer Untertanen dies wagen sollte, wird er sich den Zorn unserer Erben und Nachfolger zuziehen und den Verlust der Gnaden. Und zur Bezeugung und zum Beweis befehlen wir, dieses Schriftstück auszufertigen und zum Zeichen unserer

königlichen Approbation unser Siegel zu befestigen. Gegeben in unserer Stadt Wien zur Vigilia des Heiligen Apostels Thomas, das war der 20. Tag des Monats Dezember, im Jahr des Herrn 1608, im ersten Jahr in unserem Königreich Ungarn etc.

Matthias, eigenhändig.

Auf persönlichen Befehl der heiligen
königlichen Majestät.
G. Schröltz, eigenhändig.

W. A. Krenberg, eigenhändig.